

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

per, intelligeret, cum apud Latinos quatuor res videat significare, videlicet instrumentum vt ferram, & materiam vt domū, & transitum vt aquaeductum, ac naturaliter substantialiterq; quæ admodū spūs sanctus per filium mitti creditur. Quæ cum Græcis nūtiata fuerunt, Imperator cardinalibus ipsis rñdit, suos antistes aliud nolle cōscribere, vel proferre, se tamē maximo desiderio affici, necnon paratos esse cum Latinis cōiungi, sin minus, prope diem à synodo discessuros. Hæc & alia verba similia Imperator proxima quoq; die cardinalibus ipsis eandē expositionem enixe petentibus protulit. Deinde vero ad summū pōtificē accersitus iuit. Cui summus pōtiffex ita dixit. Cū tuū ad cōiungēdas ecclesiās magnū studium, Imperator fili, viderem, magno eqdē gaudio afficiebar, ita vt æquo animo labores ac nō mediocres sumptus ferrem, nunc autem cōtra videns tuos hominum in tali tantaq; re secordiam & pigritiam, animi dolore, afficio, ac simul vehementer admiror, vnde nam hæc tam subita tantaq; rerum mutatio fit, cū mihi profecto videant absq; cōsona ratione ab ecclesiā cōiunctione mirum in modū abhorrere, ita vt videar operā & oleum (vt vulgo dicitur) perdere. Porro autem scire velim, qd vnq; fuerit opus, in quo vobis nō satisfecerimus? vel qd a vobis contendimus, quod fieri non possit? Aut igitur nostram piam professionem suscipite, ac excolite, aut vestras literas, quas nuper ad nos misistis nobis reddite clariores, quo qd dem pacto facillime cōiungemur, an quicquam prohibet, quo neutrum horum posuit fieri?

Imp. Iusta petis. P. sancti, vt nostras literas exponamus, clarioresq; reddamus. Verum nō nulli præsulēs nostri, Latinoꝝ petitionē credētes cōgruam rationi nō esse, nolunt ei acquiescere, difficileq; eis videt, dogma maiore suoz tam subito dimittere, cū semp crediderint, Latinoꝝ fuisse sententiā spm sanctū duas substantiales causas habere, proptereaq; noluerint, illud, ex filioq; suscipiētes, vobiscū pacē cōponere. Nobis ergo necesse est, vt patrias leges moresq; seruemus. Ego vero q cōuentui nro (vt pauloante dixi) nō impetoro, ipm tyrānicē cogere nolo, vt qcq; præter eius voluntatē dicat, vel agat, ita vt in hoc quod a me, pater beatissime, petis, minime tibi satisfacere valeā. Vester ergo cōuentus veniat, vt mihi rñdeat, vt mihi & tibi Imperatori plurimū cōuenit. Tum iussu Imperatoris, absente tñ ipō, ac p̄iarcha, Græci oēs antistes ad summū pōtificē venerunt. Quē cū cardinalibus nouē, ac pluribus p̄sulib' offendere, vbi cōsedētibus oibus, summus pōtiffex ofonē hāc habuit. Nequaquā (frēs) prudētissimiq; Oriēntalis ecclesiæ cōsiliarij, terrenaz & caducaz rez, aut nostri cōmodi causa, vtz spū scī o afflati, vt dei ecclesiās cōiungamus, nō sine magno labore diuinum hoc opus libētē aggressi sumus. Qua qdē in re quantum laboris susceperimus, ac indies suscipiamus, vobis notissimū eē putamus. Quod profecto æquo aīo ferebamus, dū crederemus, vos etiā in hāc rem vehementer incubere, vidētes multa vos terra mariq; passos ad cōiungēdas ipsas dei ecclesiās festinatēs huc cōuenisse. Nūc autē taciti nobiscū cōsiderātes, vobis negligētēs & hac in re pigros factos eē, vehementer miramur ac vestri plurimū miseremur, etiā nō inscī vos & p̄ia, & necessarijs, ac vñs cōmodis carere, necnō ecclesiās vñas nō mediocriter pati, magno animi dolore afficimur, p̄sertim bñ prospiciētes, si n̄as ecclesiās, ob negligētiam, & cōtumaciā vestrā neutiq; cōiuxerimus, q̄ta mala futura sint. Vt autē (frēs) dogma n̄m piū eē demonstraret, frēq̄ntes fieri sessiōes, ac iter nos disputatiōes ab initio studio summo curauimus. At vos ita rē semp voluistis differre, vt dū cēmus Ferrariz, nō amplius xvi. sessiōes fuerint celebratæ, Quod qdē licet ægre ferremus, tñ ad sanctā pacē prospiciētes, rebus in oibus, q̄s a nobis petiistis, vobis libētissime satisfecimus. Cōi deinde snia synodū huc trāstulimus, vbi sane nunq̄ destitimus, qn ex mutuis cōditōibus, q̄s Ferrariz accepimus, vos ad disputādū hortaremur, ac huius rei cā, qnq; increparemus. Nam ibi cōuenimus, vt tres, singula quaq; hebdomada sessiōes celebraremus, etiā si summus pōtiffex, vel Imperator, vel p̄iarcha, vel qsq; ex electis disputatoribus detētus valetudine a sessiōe abeēt, & si festū, aliudve impedimētā cōtingeret, proxima die sessiō haberet, vt nulla rōne, vlla vnq; sessiō posset impediri. At vos vix nouē alijs sessiōibus hic Florentiæ celebratis, vt priuati cōuētus fierēt cōtēdistis, sperātes eo mō n̄æ cōiūctiōis viam inuenire. Qua etiā in re tāest vobis indulserimus, nil tñ ob secordiam vestrā profecimus, qn quidē cōtēdētibus vobis cognoscere, qdnā de spūs sancti processione sentirem' binas lras scripsimus, q̄ forsan pro Romanæ ecclesiæ dignitate fieri nō debebat. Quāto em̄ honore ac obseruatia Oriēntalis ecclesiæ Romanā semp fuerit prosecuta, vos scire credimus.

Deinde